

millari *portæ* nomen, quod collectivè hic accipit, nunc leges, atque adeò ipsos magistratus qui in portis iudicium exercebant, nunc robur et potentiam declarat, quòd in portis essent propugnacula; à verbo *schaar*, quod *spectrum* seu *terriculamentum* apparere significat. Hic itaque libenter pro *magistratibus* accipio; *urbes* autem pro *habitoribus ac civibus*. Potest quoque accipi ut idem sit bis positum. PROSTRATA. Verbum *רצו* *resolvi* seu *liquefieri quod durum et compactum erat* significat. VENIET. Exercitium hostium fumo comparat, non solum ob molestiam, sed ob densitatem acierum operientium faciem terræ. Vel potius *fumum* vocat id quod fumo simile est, nempe excitatum pedibus eorum ac militum pulverem, qui et adventantium hostium signum est castrense, ex quo etiam multitudinem hostium colligere solent; et ei quod sequitur congruit. ET NON EST QUI EFFUGIET AGMEN EJUS, id est: Nemo est qui militiam illam detrectet. Ego sensum et verba expressi: *Et ne unus quidem in castris, scilicet remanebit, vel et ne unus quidem in tabernaculis suis, scilicet manet: adsunt accincti omnes. Est autem Jehuda ad septentrionem ejus partis Palestinæ que totius provinciæ nomen retinuit, ubi remanserunt Philistæi, quos non deleverunt Israelitæ; in quâ erat Azolus, Gaza, etc.*

VERS. 52. — Quid respondebitur nuntis? Quia verbum est singulare, proterea per passivum redderunt. At solet Hebraismus nomini pluralis numeri

CAPUT XV.

1. Onus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, contineat, quia nocte vastatus est murus Moab, contineat.
2. Ascendi domus, et Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, et super Medaba. Moab ululavit: in cunctis capitibus ejus calvitium, et omnis barba radeatur.
3. In triviis ejus accincti sunt sacco: super tecta ejus et in plateis omnis ululatus descendit in litum.
4. Clamabit Hesebon, et Eleale; usque Jasa audita est vox eorum. Super hoc expediti Moab ululabant; anima ejus ululabit sibi.
5. Cor meum ad Moab clamabit, vectes ejus usque ad Segor vitulam conternantem; per ascensum enim Luthi flens ascendet, et in viâ Oronaim clamorem contritionis levabit.
6. Aquæ enim Nemrim deserta erunt: quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interit.
7. Secundum magnitudinem operis, et visitatio operum: ad torrentem salicum ducent eos.
8. Quoniam circumvit clamor terminum Moab: usque ad Gallim ululatus ejus, et usque ad puteum Elim clamor ejus.
9. Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta his qui fuerint de Moab leonem, et reliquis terræ.

apponere verbum singulare, et distributionem notat. Unde nomen *nuntiorum* in nominandi casu accipio: *Quid novi afferet nuntius cuiusvis gentis à Judæa? Quando, inquit, reversi fuerint nuntii (seu legati) gentium ad suos, quid, putatis, novi referent? Quod nimirum Dominus fundaverit, etc.* Epilogus est, quo brevi explicat propheta felicitatem regni Jehuda sub Ezechia, non solum ob victoriam de Palestinâ, sed etiam ob deletos Assyrios, et divitias atque potentiam quas comparavit Ezechias, ut legis in libro Regum et Paralipomenon. *Fundare autem pro stabilire et confirmare* usurpant Hebræi: quæ enim benè fundata sunt firma sunt. ET IN IPSo SPERABUNT. Verbum *casah*, quod nostri ferè verbo *confidendi* aut *sperandi* vertunt, propriè est *latibulum seu protectionem querere in aliquo*. Significat ergo *tuisimum præsidium et inexpugnabilem esse arcem Sionis beneficio Domini, qui, ut inopes, et qui humano auxilio destituti sunt, aliquò sese recipere possent, regem Ezechiam populo suo dederat, qui instauraret munitiones, et quæ ad tranquillitatem et felicitatem illius afflicti populi necessaria forent provideret atque appareret. Sed quid illa ad stabilitatem Ecclesiæ Dei, ad quam veri pauperes, tanquam ad arcem munitionis, etiam infirmitatis peccatis premanant, confugiunt respirant, et felicem vitam ducunt? Quid dicent nuntii nationum, si divitias, gloriam atque securitatem Ecclesiæ possent oculis cernere? Sed hæc carnales homines ignorant.*

CHAPITRE XV.

1. Prophétie contre Moab. Ar de Moab a été sac cagée pendant la nuit; elle a été détruite entièrement. La muraille de Moab a été renversée durant la nuit; elle a été détruite entièrement.
2. La maison et Dibon sont montés à leurs hauts lieux pour pleurer la perte de Nabo et de Médaba. Moab a poussé des hurlements; toutes les têtes seront dénouées, toutes les barbes seront rasées.
3. Dans les rues, ils ont marché revêtus de sacs, et les toits et les places publiques retentissent de toutes parts du bruit de leurs plaintes mêlées de leurs larmes.
4. Hésébon et Eléale jetteront de grands cris; leur voix se fera entendre jusqu'à Jasa. Les plus vaillants de Moab s'écrieront à ce spectacle; lui-même dévorera ses plaintes au fond de son âme.
5. Mon cœur poussera des soupirs sur Moab; ses appuis furent jusqu'à Segor, cette génisse de trois ans; ils montent, en pleurant, par la colline de Luth, et ils font retentir leurs cris et leurs plaintes dans le chemin d'Oronaim.
6. Les eaux de Nemrim se changeront en un désert; l'herbe se séchera, les plantes languiront; toute la verdure s'évanouira.
7. La grandeur de leurs châtements égalera celle de leurs crimes. On les mènera captifs aux torrens des saules.
8. Les cris de Moab se sont fait entendre dans tous ses confins; ses plaintes jusqu'à Gallim, et ses hurlements jusqu'au puits d'Elim.
9. Car les eaux de Dibon seront remplies de sang, parce que j'enverrai à Dibon un surcroît de carnage; s'il y en a dans Moab qui se sauvent par la fuite, j'enverrai des lions contre eux et contre le reste de cette terre.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Quæ in hoc capite continentur, ex historâ pendunt quæ in S. Litteris non habetur. Arbitror autem quòd de eâ vastatione agatur quæ ab Assyriis facta est in universis illis provinciis ab Assyriâ usque ad Æthiopiam. Sed hoc intelligere non usque adeò nobis necessarium erat. Satis nobis sit etiam in hæc vitâ eos qui non sunt de populo Dei ob scelera sua puniri, ne si perpetuò impune agerent, aut Deum esse ignorarent, aut rationem vitæ suæ Deo placere putarent. Erant autem Moabite vicini Israeli, et posterî Loth nepotis Abrahæ: quapropter et causa eorum non omninò aliena erat à rebus Israelitarum (1). VASTATA EST. Hoc verbum ad Ar refero, sequens *concutit ad Moab*. Neque de genere nimirum sis sollicitus; nam neque hebræis scriptoribus multum curæ est: sicut infra nomen *isor*, cap. 25, jungitur verbo *mase*. *Schudad*, quod hic quoque ponitur. *Moab*, inquit, *reductus est ad silentium, perit, actum est de Moab, quòd una nocte Ar præcipua civitas vastata sit*. Eodem modo distingue membrum sequens; unde *Kir*, quamvis *murum seu parietem* significet, pro nomine proprio hic accipit. Notandum autem quòd *ar* ab excitando dicitur est, sicut et *ir*, ut supra jam annotavimus, à verbo *or*; idcirco datâ operâ usque esse videtur Propheta verbo *damah*, quod *silere et quiescere* significat.

VERS. 2. — DOWUS. Videtur esse nomen proprium *Habaith*, et hec esse radicalis littera, ut vocant. Loquitur autem de *ascensu* ad loca idolorum. In adversis enim ad deos suos unaqueque gens solet confugere. At sicut *ascenderunt* ut coram diis suis *flerent*, ita etiam *descenderunt flentes*; hoc enim est *descendere in flctu*, quod seq. versu dixit.

VERS. 4. — EXUGEDI. Solent Hebræi milites qui ex populo in militiam extrahuntur *kelotaim*, id est, *electos* seu *expeditos*, appellare, à verbo *kalats*, quod *extrahere, subtrahere, seu expedire* significat. ULULABUNT. Verbum *rus* non propriè *ululare* significat, sed *voce passiva perdesimare*, sive id fiat ore sive buccinâ. Plerimque autem de *liviâ vociferatione* dicitur, sed et interdum *de tristi et in fausta*, Jud. 7, et hoc loco.

VERS. 5. — COR MEUM AD MOAB (2). Sunt qui hæc

(1) Salmansar ayant après la révolte d'Osée, roi d'Israël, marcha contre lui; et on croit que, pour ne rien laisser derrière lui qui pût l'incommoder, il se saisit, en passant, du royaume de Moab, que Théglatphalasar avait épargné, lorsqu'il enleva les trois tribus d'Israël qui étaient au delà du Jourdain. D'autres pensent que, comme le chapitre suivant parle de Sennachérib, ce qui est ici annoncé pourrait regarder le règne d'Asarhaddon, son successeur.

(Bible de Venec.)

(2) Hebraismus; id est: Videor, mihi videre animo cladem illam Moab; vel, miseret me Moabitarum. Amplificatio calamitatis est, quòd Propheta ipse dicat se eorum misereri. VECTES EJUS USQUE SEGOR, id est, non invenit ullum locum tutum, quo se includat ac defendat usque Segor, quæ Sodomorum civitas est in Moabitarum confinis, in quam se Loth è Sodomis fugiens recepit, Genes. 19, 22, ad quam historiam videtur Isaias alludere. Alii vertunt: *Fugitivi ejus, id est, qui fugerint ex Moab, fugient usque Segor*. VIRULAM CONTERNANTEM, triennem. Segor vocat per appo-

verba ut voces Moabitarum accipiant; quod ne mihi placeat facili locus Jer. 48: *Idcirco cor meum ad Moab sonabit velut cithara, etc.* ut etiam seq. cap. 5, 11. Mihi ergo magis placet ut sint verba Propheta, non quasi delectat de vastatione Moabitarum, sed quasi dicat: *Mihi in animo est edere carmen de clamoribus et afflictionibus Moab; quem sensum confirmat, v. 9, capitis seq. VECTES MOAB: A fugiendo dicuntur Hebræis *vectes, berikim*, quod ab unâ in alteram partem veluti motu suo fugiant. Deinde transferunt ad significandos *optimates*, de quo infra 43, quòd sint munimenta et veluti repagula populi; in quâ significatione hic accipi posset nomen, quòd scilicet *optimates Moabitarum fugerint usque ad Segor*, seu *Tzoar*, quæ est in finibus Moabiticæ provinciæ. Sed simplicius est ut juxta naturalem significationem pro *profugis* accipiamus. VIRULAM CONTERNANTEM. Potest hoc ad Moab pertinere, et rependum est: *Cor meum ad vitulam triennem clamabit*. Sic vocat regionem illam ob pinguedinem et fertilitatem soli. PER ASCENSUM LUTHI. He in nomine isto proprio motum notat. *Maale* pro præpositione supra accipit; si enim interdum usus est hujus vocis.*

FLENS ASCENDET. Hebraismus molliviti, in flctu (vel cum flctu) ascendet.

VERS. 6. — DESERTA ERUNT, vel abominationi erunt, vel in stuporem erunt. Vulg. apud Jeremiam dicit, *pesima erunt*. Utrobique autem est illud nomen de quo jam non semel dixi, *meschamah*, id est, *afflictus, sibilus, horror et admiratio*. *Excitabit*, inquit, *vocem qualem edere solent quando nullo sunt aquæ Nemrim*, quando propter ariditatem agrorum ejulatus edunt et plancunt.

VERS. 7. — MAGNITUDINEM. Verbum *iathar* est quod nos dicimus *impresse, excedere*, et similia; notaque interdum excellentiam. Nomen autem hoc *ithera* pro *abundantiâ et verum affluentia* accipio, ut Jer. 48, ubi cum *tham* legitur. OPERIS. Multo aliter verit Interpretæ hæc verba apud Jeremiam. Ego ut verbum accepti hanc vocem, et relativum more Hebræorum deesse puto. ET VISITATIO EORUM. Ego cum docto quodam viro *visitationem* hic pro rebus ipsis quas qui habet sæpe visitat atque recenset, et quarum rationem habet, accipiendum puto, id est, pro *divitiis positis*: sicut Levit. 5, hoc verbum in secundâ conjung. in voce passivâ pro *depositum esse*, et nomen inde deductum *phikadon, depositum vel repositum* significat. Hoc ipsum quoque nomen de quo nunc agitur, in plur. Vulg. Jer. 52, *carcerem dixit, alibi custodias*: Ergo hic *reposita vel repositum* vertere poteris. DECENT. Jam de verbo *naas* sepè dictum est. Verbo *defendi* sui positionem vitulam triennem, id est, civitatem nondum bello edomitam, robustam ac florentem, sicut Hierem. 46, 20, vocat *Ægyptum vitulam elegantem atque formosam*. PER ASCENSUM LUTHI, Luthi, alii montem, alii oppidum juxta Segor esse ducunt; quasi dicat: Usque ad ipsum Segor flucunt qui fugerint. ET IN VIA ORONAIM. Duo vici Moabitarum erant hoc nomine, ut etiam indicat dualis forma. CLAMOREM CONTRITIONIS, id est, maximum, qualis esse solet cum aliquis discerpitur. (Maldonatus.)

VERS. 1 (1). — DESINET ESSE CIVITAS. Hebraismus doctè vitavit Vulg., sensum reddens. Heb. *ablata à civitate*. ACCERVIS LAPIDEM. *Lapidum* addidit Interpres. De nomine autem *mei*, vide cap. praecedenti.

VERS. 5. — ADITORUM Hebr. *mibetar*. Est à verbo *batar*, cujus significatio propria est circumcludere, sicut qui canistro fructus includit. Hinc est quòd de civitatibus moris inclusis dicitur: hinc nomen pro munimento. Erat autem Syria seu Damascus munimentum Israelis adversus regnum Jehuda. Isti ergo, qui simul Judaeos devastabant, in supplicio similes fuerunt. Quia verò penè incredibile videbatur ut Damascus in acervum lapidum foret, addit confirmationis notam: *Fidelis sermo Jehova*.

VERS. 4. — ATTENUABITUR GLORIA JACOB, etc. Eccc quo pacto in supplicio similes futuri sint. Verùm in punitione Israelitarum mysterium subodorari oportet lectorem; neque enim ruinam solum corporalem intuetur propheta, sed et spiritalem. *Atenuabitur, vel exhaerietur*, ut verbum *datal* significare videtur. Pau. us, Rom. 9, 4, *Israelitarum fuisse gloriam testatur*. Soli enim dicebantur et erant populus Dei. Quà tamen gloria magna ex parte spoliati sunt. Sed et corporali vastatione principes et nobiles eorum perierunt. Divitiae quoque et opulentia omnis interit. Fastus quoque superbie tumor evanuit, qui prosperitate alitur. Abierant enim Israelitae in captivitatem ad Assyrios; neque semel vastati sunt.

VERS. 5. — ET ERIT SICUT, etc. Hic versus superiorem explicat, quòd hostis scilicet eos demersurus esset tanquam segetem, quam et demetit, et brachio constringit, ut in fasciculos colligat. Non ergo Israelitas messori comparat, sed segeti et manipulis. Hebraismus itaque, quem retinuit Vulg., ego molli, ut perspicua esset oratio. Quid restiterit. *Canah* nomen est, et non rarò Hebraeis pro segete sumitur, ab *stano*. Exod. 22, *accervus*, vel *seges*, Jud. 15. Potest et esse participium femininum ab eodem verbo *kum*. SPICAS. *Schibolim* existimo esse plurale in nomine *schabal*, non habità ratione punctorum, ut interdum necesse est. De hoc nomine vide infra 47, ubi tibi interpretabimur. Unde et pro *calmo*, seu *frumentis calamo*, qui à radice usque ad spicam succrevit, tanquam tibi quaedam, accipitur; adeoque et pro ipsis *spicis*, sicut et *schiboleth*. Unde credo antiquos nomen *Cybeles* mutasse, quam *deam frugum* vocabant; quam postea *Cererem* et *Rheum*, aliisque, nescientes vocis originem, nominibus appellarunt. REPHAIM, vel *gigantum*: de quà Josue 15, cujus hic meminit, quia ob segetum abundantiam illic messores accurrebant.

(1) OMS DAMASCI. Capta fuerat Damascus à Theglathphalasarò, 2 Reg. 16, 9. Sed exiit à Salmassarò ob societatem quam contra Assyrios fecerat cum decem tribubus. Ob id mala Damasci cum malis decem tribuum, ut communem causam habentia, propheta hic coniungit. Si haberentur historiae Nicolai Damasceni, haec omnia luce clarior apparerent. (Grotius.)

VERS. 6. — RELINQUETUR IN EO, etc. Paucitatem remanentium Israelitarum ex illà clade hic versus continet. In quo loco propheta sermonem frequentissimè inserit; quae haud minima pars est argumenti totius libri, ut supra jam dixi. RACEMUS, vel *racematio*: nomen plur. tantum à verbo 2 conjug. *ciel*, id est, *injurià agere, defraudare, dehonestare*, etc. Et quòd nos *racemare*, id est, ultimos racemos in vineà decerpere, dicimus, Hebraei verbo isto 2 conjug. efferunt. Levit. 19; et Deut. 24: *Vineam tuam non exactè (seu penitè) deracemabis*, etc. Hinc nomen pro ultimis racemis, qui subtingere solent oculos manusque vindemiantium. Jud. 8. Sicut excussio, id est, *sicut post executionem alia remanent dicitur aut tres*, etc. *quatuor aut quinque in prominitia ejus*, id est, ramis qui prominent. Solent Hebraei, sicut nos Hispani, nomina numerorum sine disjunctione interdum efferre, *duo, tres*, etc. IN CACUMINIBUS EJUS, FRUCTUS EJUS, vel *frugifera*, id est, in extremis ramis ejus fructiferae, quae erat olim in patribus fructifera, sed in posteris degeneravit. Cum pro felicitate patribus saepius promissa fuerit à Deo multitudo prolis, et quòd multiplicandi forent *sicut arena maris*, non dubium quin non aequo animo ferrent in tantam redigi paucitatem. Unde non semel conqueruntur quòd imminuti essent plus quam omnes gentes, etc.

VERS. 7. — IN DIE ILLA INCLINABITUR HOMO, etc. Possent hi duo versus cum Vulg. legi per verba futuri, quasi significet paucos illos qui reliquantur per adversa erudiendos ut in Deo spem suam collocent, etc. Nisi potius non tam quòd futurum est quam quòd nimia ehumitas eos facere cogit aperit propheta; quòd magis probò. Huic allusio est alter sensus, quem in versione indicavi, in hunc tantummodò usum, ut qui Hebraeis ignorant, ita posse Hebraica interpretari intelligentes, eligant sensum rei propositae magis consentaneum. Verbum *schaa* juxta variam constructionem variò quoque reddere oportet, et cum aliquid cum verbo *innot*, in-cum congruit, ut hoc loco; cum et verò, ut seq. v., notat *benignè et blandè respicere*, sive *rationem habere, et respectum agere alicujus, cum quodam favore et propensione animi*. Gen. 4: *Respexit ad Abel*, etc. Alias constructiones vide infra 22 et 32.

VERS. 8. — ALTARIA. Nomen est à verbo quòd *nectare*, deinde et *nectatus pecudes offerre* significat; unde ara sic dicebatur, quòd super ea fieret sacrificium, etc. DELUBRA. *Camanim* sunt *solaria*: HAMAN enim *sol est*, infra 24. Per *solaria* autem vel intelligit *delubra solis*, vel *domata*, id est, *concaula, vel superiores partes domus*, in quibus propterea quòd remotae erant à urbè, orare solebant; quemadmodum legitimus Petrum Apostolum in Actis *ascendisse superiora domus ad orandum*.

VERS. 9. — IN DIE ILLA ERUNT, etc. Cùm promiserit de Damasco dicere, multò plura de Israel

commemoratur, quòd similis futura esset utriusque poena, quòdque non nisi propter Israelitas de exteris vicinisque nationibus prophetae prophetias suas contexerunt. CIVITATES FORTITUDINIS. *Maos, munitio, munimentum seu praesidium* est. Urbes ergo munitas intelligi, ad quas desertis villis solent tempore belli profugere. SICUT ALIARIA. *Coresch* in hac formà pro aratro non memini me legisse. *Carisch* quidem aratio est Exod. 34, et 4 Sam. 8, et *Macarescheth, vomer*, 1 Sam. 15, et utrumque ab eadem radice; *coresch* autem pro ramo collectivè, Ezech. 31: *Eccc Assur velut cedrus in Libano, pulchrà fronde et ramo umbroso*. Et quidem verisimile mihi est significare *umbracula quae ex ramis fiunt*, et utramque vocem ferè pro eodem accipiendam; undè hic pro villis et rare meritò sumetur. SEGETES. Fortè exemplar Hieronymi aliud nomen habuit pro מַגְדָּוֹן quam vocem supra v. 6 *ramum* vertit, hic autem *segetes*. ET ERIT DESERTA, scilicet terra; vel potius *desertio seu desolatio*: nam hic est nomen illud de quo jam non semel *schemanah, afflatio seu afflatus qui in desolatione ab inventibus emittitur, et pro desolatione accipitur*. Neque est legendum, ut quaedam exemplaria habent, *eris*, sed in tertà personà.

VERS. 10. — QUA OBLETA ES. Omnis generis peccata et scelera nomine oblivione Des intelligit saepius Scriptura, quòd omnia illinc tanquam à fonte oriantur. Quemadmodum enim memoria Dei in ejus timore conservat, sic et oblivio ipsius ad ruinam preparat. Nomina autem *salutis, iescha*, et *tsor, petra*, frequenter Deo tribuuntur, quòd et ab ipso et in ipso sit nobis salus et praesidium maximum. Sicut enim in rupe firmissimà, ita in ipso contra omnes adversitates et injurias hostium tui consistimus, Deut. 32, etc. PLANTATIONEM FIDELEM. Sic legendum est in Vulg.; at cùm *naam* verbum *juvandum* esse significet, hinc nomen plurale tantum *naamanim, jucunditates*. Vulg. autem, tanquam scriptum esset *naa pro alyph, fidelem* vertit. Est enim *naamanah, veritas*. Ose. 5. ET GERMIN ALIENUM SEMINABIS. Ita ferè habent Hebraei, nisi quòd probròmen affixum omisit, *seminabis eum*. Quem locum, quoniam varietatem interpretum vidi, quà potui diligentè elucidare institui. Animadverti enim totam difficultatem inde oriri, quia à verbis Hebraeis volunt absque ullà causà interpretes recedere. Primò ergo scito sensum in hoc versus non perfici, sed sequenti. Deinde cùm vox *remarath, germen seu palmes*, sit in regimine, vox *sar* necesse est sit in gignendi causa, id est, *aliena, alius, alterius*, scilicet *plantae*; ut sit sensus: *Plantabis plantas optimas, electas, et suavissimos fructus afferentes; neque hoc contenta palmitem alienum alterius speciei, alterius plantae, vel aliandè allatum, inseres ei, ut jucundiores fructus facias*; id est, tota in hoc eris, ut nihil tibi ad voluptatem desit. Est autem *sara* *seminare, serere*, cum suis compositis. Ergo affixum in verbo *thiseranu* vel superfluit, vel certè alterum modum significandi facit, quem in interpretatione expressi. Sed reliquas voces inspiciamus, ut tandem germanum sensum eruerè possimus.

VERS. 11. — LABUSCA. Fateor me non intelligere quare vocem *thagesegi labruscam* dixerit Vulg. Sed cùm nullibi haec vox praeterquam hoc loco reperitur, fortè ita eum docuerunt illius temporis Judaei; à quibus se doctum hoc loco Hieronymus ipse fatetur, ut à Septuaginta dicit. Senus tamen idem est quem nos sequimur, maximè si *labrusca pro veis immaturis* in Vulgatà editione accipias, seu *omphacio*. Inquit ergo propheta: *In die plantationis tuae, id est, mox ubi plantaveris, botros germinabunt palmites, et sequenti die fructus perfectos edent; sed cùm colligere et possidere volueris eos, dolebis vehementer*: hunc ferè sensum in nostrà versione juxta Hebraisum expressimus. SEMEN TUUM FLOREBIT; vel potius: MULTIPlicabis multum, vel *augebis, promovebis valdè*; est enim *sagah, augeri, ampliari*, etc. Psal. 92: *Sicut cedrus Libani condensabitur, multiplicabitur*. At *sagah* quàm vocem supra v. 6 *ramum* vertit, hic autem *segetes*. Et ERIT DESERTA, id est, significacionem intendit, ut verba quae frequentativa vocamus: propterea addidit *vehementer*. Hebraeis autem in die, si sequatur et *mane*, idem est quòd *hodie et cras*, id est, primo quoque tempore. Inquit ergo: *Statim initio augebis plantationem tuam, germinabunt arbores, multiplicabuntur palmites, et ingens spes erit infiniti fructus; at tempore colligendorum fructuum aufugit, et evanuit messis; imò pro messe habebis dolorem desperatum*. Hanc interpretationem nemo Hebraicè doctus reprehendere poterit; nam nemini dubium quin *ned* possit esse à *nadaa, aufugit, ablatum est*. Supra 10: *Ablata est Madena*. Esth. 6: *Ablatus est somnus, etc.* Et *lesir, messem significat; nakalah, haereditatem seu possessionem; keeh, dolorem; amsch, desperatum, incurabilem, insanabilem*. Possunt autem haec dupliciter accipi; primò: *Quia oblitus es Dei tui, o Israel, propterea posteriora tua non respondebunt principiis tuis; initio enim floruiti, et brevissimo tempore in florentissimum regnum evectus es; sed tandem miserè peristi; secundò: Quia oblitus es Dei tui, propterea factum est ut ex illà magnificà specie justitiae quam oculis hominum tam studiose exhibuisti, ob quam toti mundo admirationis eras, nulli fructus colligerentur; quinimò cum tempus fructus ferendi appropinquaret, ut est in Evangelio, subito universa messis perit, et occisis servis Domini vinea insuper, et ipso haerde, tibi ingratem et desperatum dolorem peperisti: ut meritò statim initio, cùm promptam obedientiam promitteres sub Mose, dixerit, nimirum finem tuum praevident, Dominus: Quis det talem eos semper habere mentem, ut timeant me omni tempore, et bene sit illis, etc.* Quis enim ignorat quàm jucundè fuerint primae illae plantationes, quàm suaves ritus, quàm suavia iudicia? Nihil erat in ullà alienigenarum republicà observacione dignum quòd in suà multò melius insertum non viderent Judaei. Nulla enim gens erat ita sapiens et intelligens, ita Deum colens, nullus populus ita sanctus, teste Mose. Fructus verò qui inde expectabatur, erat fides in Christum, et ejus cùm adveniret susceptio; at Israel sectando iustitiam in legem justitiae non pererit, quia ex operibus illis et dignitate meritum illorum arbi-

trahatur se dignum esse cui omnia Deus præstaret; cùmque in exteriora tantum intentus esset, et cor ejus longè esset à Deo, quia *oblitus est salutis suæ et totius fortitudinis suæ*, id est, Dei sui, interit et spe sua frustratus est. IN DIE HEREDITATIS. Non dubium quin *nacal* formâ masc. et *nacalah* etiam formâ fem. *torrentem* significet, ut Num. 34. Psal. 124: *Torrentes transiit super animam nostram*, et Ezech. 47. Unde hic vertere possumus in *die torrentis*, id est, quando hostis veluti torrens irruit in Israel. Nam juxta historiam, Israel, qui propter victoriam quam de Jehuda reportavit, florere et gloriari videbatur, paulò post usque ad internecionem deletus est. Ut nemo in rebus prosperis sibi valde placeat.

VERS. 12. — VÆ MULTITUDINI, etc. Hæc ferè omnes de Assyris interpretantur: quàm aptè ipsi viderint. Ego historicè filium secutus, hos versus de Syris et Israelitis, qui Judæos vehementer afflixerunt, intelligendos existimo. Jam enim supra ex lib. Reg. et Paral. ostendi quantum Israel et Syri divexaverint Judam: hos comparat *frementi mari* et *inundantibus fluxibus*. UT MULTITUDO MARIS SONANTIS. Hebr.: *Instar fremere maria, fremunt*. *Hamoth* enim infinitivus est verbi *hamah*, quod est *sonitum incertum et confusum emittere*. Et variè reddere necesse est pro varietate rerum quibus tribuitur, *murmurare, garrere, fremere, sonare*, etc.

VERS. 15. — INCREPABIT EUM. *Gaar* est *invehere in aliquem verbis duris, oburgare*, etc., et aliquando cum accusativo, aliquando cum *beth*. Significat autem

CAPUT XVIII.

1. Væ terræ, cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ.
2. Qui mittit in mare legatos, et in vasis papyri super aquas. Ite, angeli veloces, ad gentem convulsam et dilaceratam; ad populum terribilem, post quem non est alius; ad gentem expectantem et conculcatam, cujus diriperunt flumina terram ejus.
3. Omnes habitatores orbis, qui moramini in terrâ, cùm elevatum fuerit signum in montibus, videbitis, et clangorem tubæ audietis:
4. Quia hæc dicit Dominus ad me: Quiescam, et considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, et sicut nubes rosis in die messis.
5. Ante messem enim totus effloruit, et immatura perfectio germinabit, et præcedentur ramusculi ejus falcibus; et quæ derelicta fuerint, abscedentur et excutientur.
6. Et relinquuntur, simul avibus montium, et bestis terræ; et æstate perpetuè erunt super eum volucres, et omnes bestie terræ: super illum hiemabunt.
7. In tempore illo, deferetur munus Domino exercituum à populo diviso et dilacerato; à populo terribili, post quem non fuit alius; à gente expectante, expectante et conculcata, cujus diriperunt flumina terram ejus; ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.

quòd Dominus increpaverit Israel. quòd crudeliter vexasset Judam. Ubi enim occidissent centum viginti millia de Jehuda, secum abducunt captivorum infinitam multitudinem; quibus obviam factus Propheta Domini Oded dixit: *Ecce iratus Deus patrum vestrorum contra Jehuda tradidit eos in manus vestras, et occidistis atrociter, ita ut ad caelum peringeret vestra crudelitas*, etc. *Reducite captivos*, etc., quia *magnus furor Domini imminet vobis*, etc. Sed et de *inceptione quæ opere constat* non semel dicitur hoc verbum; et ita hic accipiendum puto, *castigabit, puniet*, etc. Et *EGIET PROCUL*. *Abitit celeriter in regionem longinquam, ac si fugeret*. De celeritate captivitate est sermo. *Mimmerceat* rectè vertit *Proc. procul*. Mem enim hoc loco non est præpositio. *RAPIETUR*. Sensus expressit *Proc.*; ego vim verbi reitui, ut nota esset, *radaph*. SICUT TURBO CORAM TEMPESTATE. Sic verè possunt Hebræi, sive, ut ego verè, ut *globus coram turbine*; sed parum refert.

VERS. 14. — IN TEMPORE VESPERE... IN MATUTINO. Frequens est Hebræis hic tropus, quo significatio rei de qua loquuntur celeritatem. Ad *vesperum factus*, et ad *matutinum lætitie*, etc. *TRABITUR*. *Balaah* est à verbo *bahal* per metalepsin litterarum; est enim *bahal*, subito terrore *percelli*; unde nomen *subitum terrorem* significat. HEC EST PARS, etc. Hic erit finis Syrorum, quorum caput est Damascus, et Israelitarum, qui regnum Jehuda vastaverunt et diriperunt.

CHAPITRE XVIII.

1. Malheur à la terre qui fait du bruit de ses ailes, laquelle est au-delà des fleuves d'Ethiopia.
2. Qui envoie ses ambassadeurs sur la mer, et les fait voler sur les eaux dans des vaisseaux de jonc. Allez, anges légers, vers une nation divisée et déchirée; vers un peuple terrible, le plus terrible de tous; vers une nation qui espère encore, et qui est déjà foulée aux pieds, dont la terre est ravagée par les inondations des fleuves.
3. Habitants du monde, vous tous qui demeurez sur la terre, lorsque l'étendard sera élevé sur les montagnes, vous le verrez, et vous entendrez le bruit céleste de la trompette.
4. Car voici ce que le Seigneur m'a dit: Je me tiendrai en repos, et je contemplerai du lieu où je suis, comme la lumière pure du midi, et comme un nuage de rosée pendant la moisson.
5. Car, avant la moisson, il a fleuri tout entier; et il germera sans jamais mourir; ses rejetons seront coupés avec la faux, et ce qui en restera sera retranché et rejeté comme inutile.
6. On le laissera en proie aux oiseaux des montagnes et aux bêtes de la terre; les oiseaux y demeureront pendant tout l'été, et toutes les bêtes de la terre y passeront l'hiver.
7. En ce temps-là, ce peuple divisé et déchiré, ce peuple terrible, le plus terrible de tous; cette nation qui espère encore et qui est déjà foulée aux pieds, dont la terre est ravagée par l'inondation des fleuves, offrira un présent au Seigneur des armées, et viendra au lieu où est invoqué le nom du Seigneur des armées, à la montagne de Sion.

COMMENTARIUM.

Quàm parùm sibi convenientia hic interpretum turba afferat, penes prudentem lectorem esto judicium. Ineptiunt hic quoque suo more Rabbinii. Ego simplicissimam interpretationem toto huic capiti, difficultatibus aliqui referentissimo, conabor afferre. Cùm itaque Propheta capite superiori Israelis vastationem exposuisset, et alterius vastationis, scilicet illius postremæ, sub typo meminisset; ne quis crederet repulisse Dominum populum suum, et penitus delectum iri, quanta adhuc sit ejus dignitas hoc capite, ni fallor, ostendit.

VERS. 1 (1). — VÆ TERRÆ. ¶ Hic vocantis et excitantis esse potest, ut sæpè alias. CYMBALO, *Tsiletaal*. Nomen *tsel* geminatum *frequentiam umbrarum* notat, id est, frequentiam et copiam velorum, quæ sunt instar alarum; q. d.: *Hæc terra quæ frequentibus navium velis mare adumbrat et flumina*. Vide Plinium, lib. 15, cap. 1, et Strabonem, lib. 17, de Genere navium ex juncis, etc. Existimo autem significari interiorem Ægyptum, et partem illam Æthiopiæ quam nunc incolunt Christiani sub rege quem vulgò *Præstem Joannem* vocant, qui imperium habet juxta Nilum et usque ad mare Rubrum; ac deinde remotissimas quasque orbis partes, quas non nisi per mare adire licebat, etc., quæ frequenter in Prophetis *insule* vocantur. QUÆ EST TRANS. Fateor *meeber* nihil aliud interdum esse quam *trans*, ut nemo *Proc.* hoc loco reprehendat; sed ego *mem* pro *ex* accipio, et cum participio conjungo *ascholeac*, reclamantibus licet Rabbinis.

(1) *Væ terræ, cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ*. Hæc sententia propter obscuritatem variè exponitur, et ab ejus expositione pendet sensus totius capiti. Totum illud: *Terræ, cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ*, multorum sententiâ est periphrasis Ægypti; et dicit *Proc.* vocari cymbalum alarum, propter accelerationem messis, et celerem maturitatem frugum, sicut velox et concitatus volatus avium, sonitum quasi reddit cymbali. Sed id videtur admodum longè petium. Haymo sic dictam putat Ægyptum, propter suavem et blandam provisionem auxilii. Nempe quia Ægyptii tali promissione frustra lætarentur filios Israël, et concitarent contra Assyrios. D. Thomas aliam rationem reddit, ita dictam putans, propter cataractas Nilii fluminis, quæ assiduum quasi strepitum longè sonantem efficiant. Vox Hebræa, quam *cymbalum* translulit Hieron., aliquando etiam umbram significat. Unde hodie ex Hebræo vertunt: *Væ terræ, umbra alarum*. Umbra autem alarum dicitur, vel propter promissas copias auxiliares (scilicet promissio sine re est instar umbræ sine corpore); vel propter vela navium, quibus Ægyptus abundat, quæ vela terram velut obubulent et obumbrant. Hanc expositionem habet Paraphrastes Chaldaeus. Alii intelligunt sic dictam propter multitudinem avium ibi volantium. Denique totam hanc sententiam quidam non improbabiliè pertinere putant, non ad Ægyptum, sed ad regionem quendam aliam, et longinquam ultra Æthiopicam sitam. Et hæc non est improbabilis expositio, quia hic additur: *Quæ est trans flumina Æthiopiæ*; Ægyptus enim respectu Judææ propinqua est quam Æthiopia, nisi Æthiopia intelligatur Arabia, vel ejus pars, aliquando etiam Æthiopia dicta. Qui etiam fuvat hanc postremam expositionem, quod sequent. cap. expressè ponitur: *Omnes Ægypti*. Unde videtur hic alia regio significari, non Ægyptum. (Estius.)

Sic accipitur Zoph. 5: *A trans flumen Æthiopia mihi supplicabunt*. Hæc constructio facilis est, et sensum planum facit. Neque obest quòd participium sit masculinum; nam cum nomina provinciarum et terræ ponantur pro sibi habitatoribus, adeoque et pro gere earum, etc., sæpè relativa et verba non respondent in genere. Exempla passim obviam.

VERS. 2. — LEGATOS. *Tsir legatum* significat metaphoricè, quòd scilicet in eo vertatur summa negotii, sicut ostium in cardine. IRE, ANGELI, vel *nuntii*; q. d.: *Tu quæ soles mittere legatos per mare, quòcumque tibi libuerit, mitte nunc nuntios tuos, et dic eis: Ite, nuntii, etc.* GENTEM CONVULSAM, etc. Propriam significationem expressit. *Distractum populum* Israeliticum intelligo; qui et si sæpè vastatus, dispersus et dissipatus est, adhuc tamen haberet cur ad eum ex toto orbe legati mitterentur, videlicet ut ab eis veritas doctrinæ disceretur. *Salus enim ex Judæis est*. Post quem non est alius. Hebræicè ad verbum, *ex ipso, et ultra*. Sed cum Hebræi pronomen pro verbo substantivo passim usurpent, et relativum *ascher* in eo sæpè includatur, docti ex Hebræis interpretantur, *ex quo fuit, et deinceps*. Hic est autem populus Israel. De quo enim altero dicere possis, quòd à suo usque exordio terribilis fuerit? In Abrahamo enim et cæteris patriarchis terribilis esse cepit; quânto magis ex quo cepit multiplicari et propagari? EXPECTANTEM ET CONCULCATAM; vel potius: *Expectantem expectantem*. Si de vocatione Judæorum, ut quidam volunt, hæc intelligi debent, quadrat hæc in eos interpretatio, quòd nulla sit gens etiam hodie quæ spe (si spes dicitur) meretur majori tenetur. Verum qui non video quomodo hæc interpretatio cum initio capitis conveniat, idcirco *cav cav lineam lineam* interpretor, id est, valde lineatum, id est, frequentibus lineis complanatum, et solo æquatam, sicut solent facere qui diruta complanare volunt. Non solum enim servit cav ædificatoribus, sed etiam destructoribus: quo pacto accipi debet 2 Reg. 12, ut etiam dicemus infra 54: *Extendit super eum funiculum desolationis*, etc. De verbo autem *cavah* jam superius diximus. Vide etiam infra 28 cap. Facit ad confirmationem hujus interpretationis quòd *conculcationem* addidit (*mehusab* enim nomen est à verbo *bus*, quod in abstracto *conculcationem* notat, de quo etiam infra 22), quòd non solum *conculcata* fuerit *sive*, sed et *conculcata*: quæ vastationem omnimodam significant, non tantum eam quæ per Assyrios facta est, sed quam à Romanis passi sunt: de qua in Evangelio, quòd non *maneret lapis super lapidem*, et quòd *Jerusalem calcaretur à gentibus*. CURS DIRIPERUNT FLUMINA, etc. Inundationem hostium designat: qui locus confirmare videtur ultimam illam expositionem quam attuli c. 17, 44, nominis *necalah*. (AD MONTEM NOMINIS DOMINI EXERCITUM, MONTEM SION. Hæc in Hebræo modò non legitur: faciliè autem adducar ut credam exemplar antiquum hæc habuisse: nam cùm tota hæc periculis infra repetatur, hæc ibi verba reperias. Nisi quis dicat, illinc à librario scolo

desumpta; neque enim apud Hieronymum hoc loco legitur, neque à Septuaginta.)

VERS. 5. — OMNES HABITATORES, etc. Jam manifestius explicat quod per terram ultra flumina intellexerit. Quod illis dixi de mittendis legatis ad populum Israeliticum, omnibus habitatoribus orbis notum facio, et omnes oculis intensus esse jubeo, ut cum elevatum fuerit signum montium, id est, super montes, cum verbum crucis coperit sonare ex Judæa, tempus esse noveritis ut ad Israelitas vos conferatis ad audiendam verbum salutis. Animadvertite clangorem tubæ cum elevatione signi nihil aliud esse quam prædicare Christum crucifixum; quasi dicat Propheta: Non Judæorum tantum, sed vestra etiam res agitur. CUM ELEVATUM FUERIT, Gerundia sunt Hebræis, quæ non possunt melius reddi quam à Vulg. in elevando signum, in increpando tubæ; cum primum sublatum fuerit signum, mox subii insonuerit tuba, ne avertatis oculos, ne obturetis aures.

VERS. 4. — QUA HÆC, etc. Non enim sic afflixit populum suum ut perdat funditus; mihi enim Deus in hunc modum locutus est. Jam posthæc quiescam; non indignabor ultra adversus populum meum; satisfactio est ira mee; cessare faciam concalcationem; non diripiet ultra flumina terram populi mei; aspiciam summam cum voluptate deinceps in sedem meam, in locum sanctitatis mee; neque illi minus gratus ero quam sit calor serenissimi diei post pluviam, aut nubes roris, messis tempore, dum fervet æstus. Hunc esse pato germanum sensum horum verborum: redditur enim hoc versus ratio cur merito mitti debeant legati ad Israel, et à Judæis pendere debeant animi et oculi omnium gentium, non enim in perpetuum irascetur Dominus, etc. QUIESCAM. Verbum *shacat* in tertia si habet casum, est transitivum; si autem absolutè ponatur, ut hic, est *quiescere* et *se à motu compescere*: quod optimè quadrat in Deum postquam penas sumpsit de pessimis illis colonis. CONSIDERABO. Verbum *nabat* variam habet constructionem, et non dubium quin considerationem interdum notet; at cum *beth*, ut annotavit præceptor meus Caninius et alii viri docti, est nonnunquam cum animi voluptate *aspicere*, sicut etiam verbum *raah*. Unde non hic de coelis sermonem esse potest, sed de Ecclesiâ, quæ ex electis Judæis erat; qui postea per evangelium gentes genuerunt in Christo. Hic est *mekon*, Dei certa et firma *sedes*, in quam Deus presidet, *firmamentum*, *basis* et *columna veritatis*. In hanc aspiciat Deus *libenter*, neque primitivâ illâ Ecclesiâ unquam aliud vidit gratus atque acceptus. Hæc est illa *illuminatio* multis Dei quam expectabant David et viri sancti, ob ineffabilem voluptatem quam ipsi vicissim experiuntur, dum eos Deus intuetur. Quam subjecte similitudines mirè explicant. CLARA EST. Vulg. *or pro luce* accepit, et verbum supplavit quod existimat deesse, ut solet; idèoque et præpositionem *ale*, *super*, omisit, quasi diceret Hebraismus, *sicut meridiana lux super lucem*, scilicet est. Sed cum *or pluviam* interdum significare videatur, ita hic cum multis interpretibus acciperem libenter. Est

autem phrasim Hebræa *super pluviam*, id est, post pluviam. Qui autem *or pro pluviam* accipiunt, nescio an animadvertenter esse tunc à verbo *irah*, quod *jaculari* significat, et de *pluvia* dicitur; ab ipso enim est *irah*, quod nomen *pluviam* quoque designat. Non minus gratus est dies cælo puro et sereno post nimios imbres quam nubes rorida in æstu messis. Neque intelligere possunt alii quam gratus et suavis sit Dei vultus, nisi qui mundo corde eum intuentur. His autem similitudinibus solet Scriptura rem gratissimam declarare, ut infra 52, etc.

VERS. 5. — ANTE MESSEM ENIM, etc. Qui vel primoribus labris Hebræa attingit, modò sit pro animo et à temeritate hæreticorum alieno, non poterit non admirari hoc loco interpretum plurimorum audaciam, qui fortè quorsum tenderent verba Prophete non intelligentes, de suo addunt multa, ut sensum adulterinum, quem imprudenter conceperunt, expriment. Ego Vulgatum interpretem sensum germanum reddidisse existimo, licet à verbis nonnihil devierit; quod in interprete fidelis vitium non est. Hoc ut manifestum appareat, singula verba expendamus. *Catsir messem* omnes interpretantur; nec dubium quin id significet. Est autem à verbo *catsar*, quod abbreviare, *decutere*, *abscindere* significat, quo fit ut nomen ipsum abbreviationem, *decurationem* ac messem notet: unde pro *putatione* optimè accipi potest; imò et pro ipsi palmittibus qui *demittuntur* et *amputantur* interdum accipiunt, ut Job. 18: *Subiis radices ejus aresecunt, et superne amputabitur messis ejus*; et Psal. 80: *Extendit messes suas usque ad mare*, id est, palmites. *Ketham* Vulg. *totus* dixit; accepit enim *tham* pro nomine, et *cap* pro *juxta*, *secundum*, etc.; q. d., *juxta integritatem*, vel *secundum integritatem*, id est, *totus*. *Pherac* autem tanquam verbum accepit, *floruit*, *germinavit*; id est: *Antequàm tempus putationis adveniat, totus germinabit*; vel, ut ego verti, *quasi perfectum* (seu *integrum*) erit *germen* ejus: botros emitit quasi perfectos antequàm tempus putationis adveniat: quod aliis verbis Scripturæ more repetit. Et IMATRA. Est *bozer*, *uva immatura*, *acida*, quæ Græcis *επὶ ζῆ*. Dioscorides *uvam acerbam* vocat, et succum ejus, *omphacium*, ut Plinius. Hanc vocavit Vulg. *immaturam*. *Gomel* ablationem significat. Metaphoricè autem primis et imperfectis fructibus dicitur *in esse lac*: unde cum jam ad debitam quantitatem accedunt, *ablactatos* dicit Hebraismus fructus ejusmodi. Acida uva ergo *ablactationis* est, quæ jam à lacte in magnitudinem quandam evasit, sed adhuc in puerberate est, ut loquitur Plinius, lib. 25, in prologo; dicit enim *omphacium fieri, incipiente uva puerberate*. At *nits*, à verbo *nits*, *erupit*, de avibus et plantis dicitur. Nomen ergo significat generaliter *aves omnes quæ magno impetu ad volatum erumpunt*, quas rapaces vocamus; et etiam *gemmas* et *folliculos in plantis*, ut Gen. 40: *Ascendebatque flos ejus. Nitsah*. He potest accipi pro affixo relativo, quamquam et in hæc forma *nitsah* accipiunt pro *fore*, Job. 45. *nitsah*, *forem suum*. Dicit ergo Propheta quòd *antè putationem vrima illa vitium erit*

ptio erit omphacis ablactationis, id est, erit uva acida in puerberate sua, sive, ut Vulg. dixit, *perfecta*. Vulg. autem non malè accepit *noseh* pro participio *fem.*, *erit erumpens*, id est, germinabit, quod eundem sensum generat. Quæ loquendi figurâ, cui similis est illa e. 17, 11, nihil aliud Propheta significat quam inauditam et insolitam ubertatem, quæ miraculo potius quam nature adscribi possit. Et in bonam partem hæc et quæ sequuntur accipienda sunt; quibus delineabat Spiritus sanctus primitivæ illius Ecclesiæ, quæ ex discipulis Domini constabat, lacteam ubertatem, fecunditatem et omnium bonorum spiritualium abundantiam, quibus nihil deerat in omni gratiâ spiritali; qui cum pauperes essent, plurimos tamen locupletabant. Vide quanta de discipulis suis Corinthiis narret Paulus, quòd in omnibus divites facti essent, etc. Quapropter Propheta in eadem metaphorâ perseverans dixit, *amputatis palmittibus jam fructum plenis ac onustis, habituras bestias atque aves quod per æstatem et hiemem*, id est, toto vite tempore, *comedant*. Gentes enim, quæ veluti bruta animalia hæc atque illuc vagabantur ut escas quærerent, distractæ varietate setarum philosophorum, mundi quoque illecebris atque versutis diaboli deceptæ, nunquam in quo consistere inveniebant: doctrinâ autem Apostolorum eruditæ, quasi ex superfluitate divitiarum ipsorum consecutæ sunt ubi quiescerent, neque ultra vagarentur, aut æstate aut hieme. Dives enim est Ecclesiæ, eritque usque in finem sæculi, doctrinâ et veritate: non solum ex Scripturis Apostolicis, verum etiam ex traditionibus quas per manus ab ipse accepimus. Hæreticorum ergo hominum est et mente corruptorum, alias regionis, alia prata quærere, ubi juxta sensum palati sui hiemare aut æstatem agere possint, aliud Evangelium somnariæ præter id quòd à Patribus accepimus. Felices qui non alia æstiva, non alia hiberna quærunt, quàm quæ jam olim nobis relicta sunt. Has omnes divitias atque hæc omnia bona nobis peperit benignus ille et benedictus Dei aspectus, de quo v. 4. Quæ omnia in ascensionem Domini et missionem Spiritus S. conveniunt. Sed ad Propheta verba redeamus. Quæ DERELICTA FUERINT. A verbo *natsch*, quod liberè *dimittere* significat, est nomen *neischoth*, quod *palmittes* significat, qui ex vite emittuntur. Jer. 5, Vulg. *propagines verti*. Vide etiam Jer. 48. PRÆCIDENTEM, ASCIDENTEM. Hebræa verba sunt singularia tertia personæ, ut ego verti, sed ita solet Hebraismus tertia personæ, ut quasi impersonaliter. Sensum ergo reddidit Vulgatus. ET EXCITENTUR. Hoc tantum loco legitur hoc verbum *tharari* in tertia, quod *resocare* dicunt Hebræi.

VERS. 6. — AVES. Nomen et collectivè *turbam ferarum avium* significat, à verbo *ut*, id est, *involat* *celeriter more avium quæ involant super prædam*, etc., 1 Sam. 25; vel verbum est à nomine; quod magis probò.

VERS. 7. — DEFERRETUR GENUS. Postquam Apostoli dicitur supti à Domino (qui populum illum suum etsi castigavit, non tamen repulit, sed ex ipso c'egit san-

ctum semen), gentes prædicationi eorum fidem præstare coeperunt. Ipsæ ergo et eorum fides Apostoli Domino offerbant: cujus oblationis et sacrificii plenæ sunt Epistola Pauli et Actus Apostolorum. A POPELO DILACERATO. Hebræi nunc prepositionem non habent, sed eam nunc quoque supplet alii interpretes. Ego, ut in Hebræo est, verti, *populus distractus*; quasi ipsum populum Israeliticum significet, primò futuram oblationem. Apostoli enim primùm Judæis, deinde gentibus prædicarunt, sequidem ipsi primùm verbum salutis missum est. Obulerunt ergo Domino hostiam primò ex Judæis, deinde verò ex gentibus. A POPELO. Legendum est, et à *populo*. Judæi enim et oblati sunt, et ipsa alios obtulerunt. Et in hunc finem initio capitis dicebat Propheta *habitatoribus extremi orbis ut legatos mitteret etiam per mare*, quando terrâ nequirent, ad populum Israeliticum. Etsi enim is *populus* esset *dilaceratus et concultus*, redente Dei gratiâ, adhuc habiturus esset: unde illis valdè possent commodare. *Salus enim, ut jam dixi, ex Judæis est*. Cæterùm expositionem vocum hujus versuili vide supra v. 2. Quæ in 20 capite continentur de captivitate Æthiopum, faciunt ut aliam expositionem nonnullis locis hujus cap. 18 afferamus, ab eâ quæ præcessit diversam; scilicet ut hic de vastatione Æthiopiæ illius quæ post Ægyptum est, quæ interdum Ægypti nomine continetur, nempe totius tractus terræ qui est supra verticem Deltae usque ad Nilii fontes, sit sermo. Æthiopiæ ergo illam quam Nilus interluit, hic devastatam cum Ægypto intelligere possumus, et tandem per Deum sanatam. Quæ typus est totius mundi, qui oppressus fuit à tyranno illo, et tandem ab ejus tyrannide assertus. Hanc terram vocat *nassam allatam* propter similitudinem situs. Ægyptum enim universam comparabat antiqui manui extensæ, ut est videre apud Strabonem. Interjectionem ergò illam *iti* cum vulgato pro *ve* accipiamus, quòd illius vastationem significet Propheta. Cum interim rex Æthiopiæ vel per Nilum ad mare Mediterraneum, et per hoc ad Judæam, vel per mare Rubrum, et inde per desertum et Palæstinam ad Judæos, nuntios mitteret, ut bono essent animo, et auxilium adversus Assyrios promitteret; ejus itaque vastationem quasi jam factam denuntiavit, simul et ad Christum conversionem. Sunt ergo verba Dei, quæ hunc habent sensum: *Non miseram terram, quæ nasse allata figuram habes, vel quæ te quasi unbram esse existimas, et aliis auxilia promittis: quæ mittere soles legatos per mare*, etc.; tu quæ Judæis auxilio esse volebas, peristi, vastata es. *Mittebas legatos ad eos confirmandos; sed quia ego illis et tibi intensus eram, utrosque perdidisti, verum plagâ non insanabilis. Itè ergo, nuntii mei veloces; discipuli mei, ite ad gentem hanc quæ omnino distracta et expilata est, ad populum terribiliter naturâ et moribus, vultuque ipso barbaricum, ferum et horridum, ex quo caput esse, et deinceps; ad gentem quæ frequentibus lineis terram metri solet, quam flumina vastant, et nunc Assyrii veluti flumina exequarunt et conculebant; ite, prædicate illis Christum. O universi habitatores orbis,*

auscultate horum predicationi. Ego enim placido vultu intueor habitaculum illud meum, ut de Sion exeat lex, et verbum Domini de Jerusalem. Abundabit omnibus divitiis spiritalibus, etc., quæ toti orbi sufficient. Tunc temporis hic dilaceratus deferentur munera; nam et se et ab ipso quæ vicissim deferentur munera; nam et se et sua omnia Deo offerent. Vide Soph. 3: *Ultra flumina Æthiopiæ, inlè supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus mihi, etc.* Plenæ sunt historie sanctitatis Thebaide et totius illius regionis. Post quem non fuit alius. Potest verti post ipsum, et ultra, ut repetatur verbum *ite*. EXPECTANTE, EXPECTANTE. Cav cav, *linea linea*, id est, qui frequentibus utitur lineis dimensionis. Quem locum quia verba

CAPUT XIX.

1. Onus Ægypti. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingreditur Ægyptum, et commovebuntur simulacra Ægypti à facie ejus, et cor Ægypti tabescet in medio ejus.
2. Et concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios; et pugnabit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, civitas adversus civitatem, regnum adversus regnum.
3. Et dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus ejus et consilium ejus præcipitabo; et interrogabunt simulacra sua, et divinos suos, et pythones, et ariolos.
4. Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, et rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum.
5. Et aresecit aqua de mari, et fluvius desolabitur, atque siccabitur.
6. Et deficiunt flumina; attenuabuntur, et siccabitur rivi aggerum; calamus et juncus marcescet.
7. Nudabitur alveus rivi à fonte suo, et omnis sementis irrigua siccabitur, aresecit, et non erit.
8. Et merebunt piscatores, et lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, et expandentes rete super faciem aquarum emarscescent.
9. Confundentur qui operabantur limum, pectentes et textentes subtilia.
10. Et erunt irrigua ejus flaccientia; omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.
11. Stulti principes Taneos: sapientes consiliiarii Pharaonis nederunt consilium insipiens. Quomodo dicetis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius regum antiquorum?
12. Ubi nunc sunt sapientes tui? annuntiant tibi, et indicent, quid cogitaverit Dominus exercituum super Ægyptum.
13. Stulti facti sunt principes Taneos; emarscerunt principes Memphis; decepterunt Ægyptum, angulum populorum ejus.
14. Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis; et errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius et vomens.
15. Et non erit Ægypto opus, quod faciat: caput et caudam, incurvantem et refrenantem.

Strabonis illustrent, libuit ad describere ex lib. 17. Is cum multiplicibus divisiones quæ erant in terrâ Ægypti dinumerasset, *Opus, inquit, fuit tam diligenti ac subtili locorum divisione, propter continuas finium confusiones quas Nilus ractus efficiebat, nunc addendo, nunc adimendo, nunc immutato figuris, et signa quædam obtruendo quibus proprium discernitur ab alieno; undè iterum atque iterum mensurari oportebat. Quare ab illis geometriam ortum credunt habuisse. Quæ quamvis in Ægyptum dicta sint, cum bona pars Æthiopiæ eodem modo et flumine irrigaretur, verisimile est eisdem dimensionibus, quæ funibus fieri solent, usum fuisse Æthiopes, quamvis non tantâ peritiâ quantâ Ægyptii.*

CAPITRE XIX.

1. Prophétie contre l'Égypte. Voilà que le Seigneur montera sur un nuage léger, et il entrera dans l'Égypte, et les idoles d'Égypte seront ébranlées devant sa face, et le cœur de l'Égypte se fondra au milieu d'elle.
2. Et j'armerai les Égyptiens contre les Égyptiens; et le frère combattra contre son frère, l'ami contre son ami, la ville contre la ville, le royaume contre le royaume.
3. L'esprit de l'Égypte s'encantira en elle, et je renverserai toute sa prudence; et ils consulteront leurs idoles, leurs devins, leurs pythons et leurs magiciens.
4. Je livrerai l'Égypte entre les mains de maîtres cruels, et un roi violent les dominera, dit le Seigneur Dieu des armées.
5. La mer se trouvera sans eaux, et le fleuve deviendra sec et aride.
6. Les rivières tariront, les canaux des chaussées diminueront et sécheront, les roseaux et les joncs se faneront.
7. Le lit des ruisseaux sera sec à la source même, et tous les grains sémés le long de ses eaux se sécheront et mourront.
8. Les pêcheurs seront dans l'affliction; tous ceux qui jettent l'hameçon dans le fleuve seront dans les larmes, et ceux qui étendent leurs filets sur la surface des eaux tomberont dans la défaillance.
9. Ceux qui travaillaient en lin, qui le préparaient, qui en faisaient des ouvrages fins et délics, seront dans la confusion.
10. Les lieux arrosés d'eau sécheront, et tous ceux qui faisaient des fosses pour y prendre du poisson seront dans l'abattement.
11. Les princes de Tanis ont perdu le sens: des sages conseillers de Pharaon ont donné un conseil plein de folie. Comment dites-vous à Pharaon: Je suis le fils des sages; je suis le fils des anciens rois?
12. Où sont maintenant vos sages? Qu'ils vous annoncent, qu'ils vous prédisent ce que le Seigneur des armées a résolu de faire à l'Égypte.
13. Les princes de Tanis sont devenus des insensés; les princes de Memphis ont perdu courage; ils ont sédui l'Égypte, et le soutien de ses peuples.
14. Dieu a répandu au milieu d'elle un esprit d'étourdissement; et ils ont fait errer l'Égypte dans toutes ses œuvres, comme chancele un homme ivre, et celui qui rejette ce qu'il a pris.
15. L'Égypte sera dans l'incertitude de ce qu'elle doit faire; les grands comme les petits, ceux qui commandent et ceux qui obéissent.

16. In die illa erit Ægyptus quasi mulieres; et stупebunt, et timebunt à facie commotionis mandis Domini exercituum, quam ipse movebit super eam.
17. Et erit terrâ Juda Ægypto in pavorem: omnis qui illius fuerit recondatus, pavebit à facie consilii Domini exercituum, quod ipse cogitavit super eam.
18. In die illa erunt quinque civitates in terrâ Ægypti, loquentes linguâ Chanaan, et jurantes per Dominum exercituum: civitas Solis vocabitur una.
19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, et titulus Domini juxta terminum ejus.
20. Erit in signum et in testimonium Domino exercituum in terrâ Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, et mittet eis salvatorem et propugnatorem qui liberet eos.
21. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, et cognoscetur Ægypti Dominum in die illa, et colent eum in hostiis et in muneribus; et vota vovebunt Domino, et solvent.
22. Et percuet Dominus Ægyptum plagâ, et sanabit eam; et revertetur ad Dominum, et placabitur eis, et sanabit eos.
23. In die illa erit via de Ægypto in Assyrios, et intrabit Assyrius Ægyptum, et Ægyptius in Assyrios, et serviet Ægypti Assur.
24. In die illa erit Israel tertius Ægypto et Assyrio: benedictio in medio terræ.
25. Cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Ægypti, et opus manuum mearum Assyrio: hæreditas autem mea Israel.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Quod non omnia quæ hoc capite de Ægypto dicuntur in Ægyptum conveniant, neque juxta historiam de provinciâ illâ intelligenda sint, vide Hieronymum hoc loco. Non dubium autem quin Ægyptus typum gerat mundi, quem Dominus in Evangelio dicit se *vicisse*. Hinc est quod nonnulla de victoriâ Verbi Dei intelligi debeant. Certum quoque est et Ægyptum per Assyrios depopulatam fuisse. SUPER NUBEM LEVEM, id est, velocem, ut supra jam dictum est. Dicitur autem Deus *veli nubibus* non semel in Scripturis, ut velocitatem adventus ejus intelligant homines rudes. Sic hoc loco nihil adventum celerem designat. *Liquefero* verò cor Hebræis est animo cedere, viribus corporis ac animi destitui. Sicut enim Assyrii resistere non poterunt, ita neque predicationi verbi, quâ perierunt idola et cultus eorum interit. Animadvertere autem, ante *liquefactionem cordis* ponit *idolorum commotionem seu mutationem*. Nam cum demones interrogati silerent et adventu Christi fugarentur, quid faceret homo Deo destitutus, nisi trepidare, et illum timere quem videbat diis suis formidabilem? Hinc est quod nonnulli etiam hodiè ad sanam mentem redeunt cum collapsos deos suos Dei solius virtute conspiciunt: hinc enim tendit illa *liquefactio cordis* quam Dominus in hominum cordibus operatur quando ad penitentiam adducere eos incipit.

VERS. 2. — CONCURRERE FACIAM. Verbum *compli-*

16. En ce temps-là, les Égyptiens deviendront comme des femmes; ils s'étonneront, ils trembleront, parmi le trouble et l'épouvante que la main du Seigneur des armées répandra sur eux.

17. Et la terre de Juda deviendra l'effroi de l'Égypte, et quiconque se souviendra de Juda, tremblera de crainte dans la vue des desseins que le Seigneur des armées a formés contre l'Égypte.

18. En ce temps-là, il y aura cinq villes dans l'Égypte, qui parleront la langue de Chanaan, et qui jureront par le Seigneur des armées: l'une sera appelée la ville du Soleil.

19. En ce temps-là, il y aura un autel du Seigneur au milieu de l'Égypte, et un monument au Seigneur, à l'extrémité du pays.

20. Ce sera dans l'Égypte un signe et un témoignage de la puissance du Seigneur des armées; car ils crieront au Seigneur, étant accablés par celui qui les opprimait, et il leur enverra un sauveur et un protecteur qui les délivrera.

21. Alors le Seigneur sera connu de l'Égypte, et les Égyptiens connaîtront le Seigneur en ce temps-là; ils l'honoreront avec des hosties et des oblations; ils feront des vœux au Seigneur, et ils les lui rendront.

22. Ainsi le Seigneur frappera l'Égypte d'une plaie, et il la refermera; ils reviendront au Seigneur, et il leur deviendra favorable, et il les guérira.

23. En ce temps-là, il y aura un chemin de l'Égypte en Assyrie; les Assyriens entreront dans l'Égypte, et les Égyptiens serviront les Assyriens.

24. En ce temps-là, Israël se joindra pour troisième aux Égyptiens et aux Assyriens; la bénédiction sera au milieu de la terre.

25. Que le Seigneur des armées a béni, en disant: Mon peuple d'Égypte est béni; l'Assyrien est l'ouvrage de mes mains, et Israël est mon héritage.

VERS. 4. — *CONCURRERE FACIAM*, ut se mutuo pungant, ut cum acies adversis aciem concurrerit. *Committi* dicunt Latini. Quemadmodum dicit Dominus in Evangelio Luc. 21: *Insurgit gens adversus gentem*, etc. Quando autem hoc impletum sit juxta historiam Scripturæ non commemorat; à juxta mysterium hoc illud est quod Dominus in Evangelio dicebat futurum, et non semel factum scimus: *Frater in mortem tradet fratrem, et pater filium, etc. Ignem enim et gladium misit Dominus in terram, etc.*

VERS. 5. — *DIRUMPETUR*. *Dirumpi* se *evacuari* spiritus est obstupescere. Huic malo affine est *perire*, *absorberi* seu *deglutiri consilium* (id enim notat verbum *bala*), ut neque consilium capere possint, neque si ceperint quidquam proficiant, aut juxta consilium efficiant. Hæc pœnâ sæpè puniuntur qui Deum ignorant, aut Deo non fidunt: hæc experti sunt infideles, qui ob contumaciam suam Dei consilium spreverunt, et collum jugo fidei submittere recusant. *Divisos*. Hebræum nomen ab *arcano* seu *secreto* dicitur, quod arcanis et secretis verbis artem suam exerceant: *magos* reddere posses. De pythionibus autem et ariolis seu gnotis vide supra 8, 19. Nulla gens autem adeò barbara est, quæ in adversitatibus ad eos quos deos putat non sibi recurrendum esse existimet.

VERS. 4. — ÆGYPTUM, id est, Ægyptios. Hi, et quotquot Christo non paruerunt, tradendi erant in